



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Artic. I. Quid sit, & an liceat duellum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

214 Lib. III. Tr. IV. de V. & VI. Prae.

quod Sanch. T. Charitas dicit esse probabile. v.
Leff. l.c. Sanch. Fill. c. 29. d. 6. q. 1. Bon. t. 8. n. 3.

DUBIUM V.

De Duello & Bello.

ARTICULUS I.

Quid sit, & an liceat duellum?

Resp. Duellum est diuorum (vel subinde etiam plurium) certamen, quod ex conducto, uno iudicente, & altero acceptante, suscipitur, ita ut id non sit vitam defendere, sed exponere periculo. Quod etsi communiter sit mortale peccatum, licitum tamen est ex justa causa, quae semper est attendenda. v. Triden. sess. 25. c. 19. de reform. Sanch. 2. mor. c. 39. Item de poena duellantium. vid. infra de excom. & Sanch. l.c. Unde resolues.

I. Duellum non est licitum, ad indagandam veritatem vel justitiam, vel purgationem objecti criminis, aut litem terminandam: quia est fallax, immo superstitionis medium ad eum finem; cum etiam innocens homicidium & facere, & pati possit. Trull. l. 5. cap. 2. d. 13. n. 12.

II. Nec ob inimicitias, aut ad injuriam vindicandam, neq; ob solam ostentationem virium, aut delectationem.

III. Nec item ad evitandam ignominiam: quia apud bonos & prudentes honorem non perdit immo nec apud alios, si provocanti dicat, se eum non aestimare dignum, cum quo congrederiatur, contra leges divinas, & humanas. Interim iturum se in dies liberè suas vias, paratumque semper fore, & nunc

nunc esse contra quemvis invasorem se tueri, *Trul.*
I.c.n.4.

IV. Duellum licet acceptare, vel offerre ad conservandam estimationem exercitus apud hostem, eosque debilitandos; vel ad terminandum bellum cum minore damno, v. *Sanch.l.c.*

V. Acceptare item licet, si quis aliás te occisus, concedat tamen arma, ut sic fortunam experiatis; quia est tantum defensio, positoque, quod aliter non possis evadere. Similiter, si Judex duos ad mortem damnatos vellet duello congregari: quia alter alterius esset constitutus minister justitiae.
Trull.l.c.

VI. Deniq; si vir nobilis in aula regia, vel militaris in castris, provocatus sisteret se, merae defensionis gratia, cum spe prævalendi, privandus aliqui, ob suspicionem ignaviæ, dignitate, officio, vel favore Principis, non audet eum damnare, *Laym.*
L.3.p.3.c.3.eundem excusat, *Hurt.2.2.d.170.s.8.9.*
76.Less.cap.9.8.Fill.c.8.q.6. & Nav.cap.15.

ARTICULUS II.

An & quoniam, liceat bellum?

Resp. Bellum defensivum, quo scilicet vis injesta repellitur, licet etiam privata authoritate: offensivum vero, quo vis infertur, ut liceat, tres conditiones requirit: 1. ut geratur authoritate Principis, vel Magistratus, nullum agnoscentis superiorem; qualis est Papa, Imperator, Reges, & quædam Resp. v.g. Venetorum, Genuensium, &c. 2. ut ad sit justa causa, eaque gravis, v.gr. necessitas boni communis, & quietis conservandæ, recuperatio
in-